



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Cap. II. De Exercitatione assidua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

efficacem Hæreticos oppugnandi modum specialiter commendandus. 3. Ejsdem Herzen Nührer vnd Nelligens Spiegel. 4. Catholischer Morgenstern / darbey jeder zu Standnuß des hellen Tags der Wahrheit leicht kommen kan. Geistlicher Bericht von dem hochwürdtigen Sacrament von einer oder beyden Gestalt. 6. Krafftzeil den gemeinen Mann im Catholischen Christlichen Glauben zu stärken. 7. Kurz vnderricht in etlichen Catholischen Glaubens Puncten. 8. Nothwendiger Bericht vnd vnderricht auff die Frag: wo sich geschrieben? 9. Unfehlbare Glaubens-Regel auß h. Schrift vorge stellt. 10. Wegzeiger den Catholischen Glauben zu erkennen / vnd wider allerley Sect zu verthädigen.

XV. Porro ut ex horum librorum & Authorum lectio-  
ne optatam utilitatem capiat, sequentes duas Regulas ob-  
servabit. Prima, ut, si fieri possit, semel saltem Authorem ab-  
quem omnes Controversias complectentem accurate con-  
vat, & in iis saltem hæresibus, quæ nostro tempore maxime  
vigent, earumque fundamentis cognoscendis studiosam co-  
locet operam, ut, cum non omnia in memoria detinere que-  
at, suo saltem tempore ad hos fontes recurrere possit. Secun-  
da regula est, ut, quò facilius, firmiusque principia & fun-  
damenta ad Theologiam polemicam pertinentia retineat, ali-  
quod compendium aliquod, v.g. Becani, aut Corroni, aut Cy-  
peum fidei, aut similem libellum ad manum habeat, ut, si  
diòse evolvat; hæc enim industriâ mirè non tantum par-  
sed etiam excitari se sentiet ad hanc scientiam cum magna  
lacritate, suoque & aliorum insigni profectu addiscendam.

## CAPUT II.

## DE EXERCITATIONE ASSIDUA.

I. **E**tiam hanc non inefficax esse medium ad solidum pro-  
fectum in hac Theologica scientia vel ex communi  
adagio, quo Fabrum fabricando fieri dicere solemus, cog-  
gitur; id quod in Theologia polemica tantò magis habet  
cum, quantò sagaciores plerumque sunt Hæretici in  
semper technis, objectionibusque, quibus Catholicas doct-  
nas evertere moliuntur, excogitandis. Porro in tribus  
cipue industriis consistit hæc exercitatio.



II. Primò ut, dum scholas Theologus polemicus frequenter, non scribere duntaxat, aut obiter scripta percurrere contentus sit, sed æquali diligentia ac conatu, quàm aliis scientiis addiscendis invigilare solet, eorundem scriptorum difficultati, ac repetitioni sese impendat. Et si quidem, ut fieri solet, rariùs hæc materia in scholis prælegatur, ipse privatâ cujusdam Authoris impressi lectione defectum hæc compenset.

III. Secundò, ut unum vel alterum socium sibi eligat, cum quo fictitiam velitationem suscipiat, id est, qui vel partem hæreticis cujusdam defendendâ, vel Catholicâ cujuspiam doctrinæ oppugnandâ suscipiat; si enim Pugiles, ut hostium vicem olim tantò certius ferire queant, ad fictas metas ac imagines hostium quotidie se exercent; quidni Theologus polemicus eandem industriam tantò ferventiùs, constantiùsque adhibeat, quanto majoris momenti est victoria, quam de hoste suo reportare desiderat.

IV. Tertiò ut, ubi se satis armatum advertit, etiam venturaminis occasiones, ubi ubi potest, sollicitè quærat, aut sibi oblatas avidè arripiat, & animosè prosequatur, ut, quò frequentius talem pugnam pugnaverit, tantò magis ad eandem repetendam accendatur, majorémque ob cognitâs Adversariorum technas ac fallacias peritiam acquirat.

### CAPUT III.

#### DE FRUCTUOSA ANNOTATIONE.

Quod hoc etiam medium negligendû non sit à Theologo polemico, doctissimus Caietanus, qui dicere solent: *Circulus & calamus fecerunt me doctum*: suo exemplo probavit, dum exercitationi potissimum (quam circuli nomine intelligebat) & scriptioni (quàm calami nomine inscripserat) suam in scientiis profectum adscripsit. Etsi verò scriptio nomine illam forsân præ aliis intellexerit, quâ integros Commentarios conscriberebar; negari tamen non potest, etiam eam scriptiois partem, quâ res & doctrinæ rationes, & rationes ad aliquam scientiam pertinentes memorie sublevandæ causâ adnotantur, non parùm ad eundem finem conducere. Unde Theologus etiam polemicus merito eandem